

IOANNIS
CVSPINIANI
VIRI CLARISSIMI, POETÆ
ET MEDICI, AC D. MAXIMILIANI
Aug. oratoris,

DE
CÆSARIBVS ATQVE IMPP. ROMANIS
OPVS insigne:

*Ab innumeris, quibus antea scatebat, mendis
vindicatum.*

Cum
WOLPHGANGI HUNGERI L.C. DOCTISS.
Annotationibus,

quibus innumera cum huiusce autoris, tum aliorum quoq;
historicorum loca & restituntur,
& explicantur.

ACCESSIT RERVM ET VERBORVM
maxime memorabilium INDEX locupletissimus.

*Corrigenda confirmata a Sen. 690
Salutem Aug. 18. de 1690*

Paulo Fleischer



FRANCOFVRTI
Typis Wecheliani apud Claudium
Martiū, & heredes Ioannis Aubrii.


M. D C I.



GENEROSO ET MAGNIFICO VIRO, DOMINO IOANNI IACOBO FVGGERO, KIRCHBERGÆ ET WEISSENHORNI Domino, inclyto Romanorum Imperatori FERDINANDO à Consiliis, &c. S. D.

ALBERTVS REYFFENSTAIN.

MAGNA mihi, ac prope singularis, à multis retro annis cum WOLFGANGO HUNGERO, viro celeberrimo, multarumque pulcherrimarum artium, quibus Iuris vtriusque absolutam cognitionem adiunxerat, doctrina egregie excolto, familiaritas & necessitudo intercessit. Non uno enim inter nos, posteaquam primam contraxissemus notitiam, coniuncti eramus vinculo: fiebatque ut studiorum communicatione, & morum similitudine, profectioum quoque & itinerum societate, ego illi perpetuus essem sectator, ille vero mihi vicissim ducem se praberet & patronum. Ab his principiis, ut saepe in rebus humanis serunt occasiones, eo usq; progressi sumus, ut duarum sororum filias (qui fere proximus affinitatis gradus est) in matrimonio haberemus: quarum altera, quam mihi coniuncta erat, Anno supra millesimum & quingentesimum quinquagesimo tertio, maximo animi mei cū vulnere, vita huius usura, cum nondum vigesimum primum aetatis suae complevisset, postridie Calendas Martias in ipso flore, pie renunciauit: altera adhuc meliore fortuna, diuinoque beneficio, liberis in matrimonio susceptis, tuendis ac honeste educandis conseruatur. Quibus rebus illud quoque accessit, ut me ille, cum ab honestissima vxore, antea felici fecunditate duarum filiarum biennio pater effectus esset, summi honoris beneuolentiaeque causa, pro duobus itidem filiis ordine nascentibus, quibus diebus sacro fonte abluerantur, ex Christiana pietatis more & officio, pradem ac alterum parentem sisteret. Minime itaque mihi succenseri posse existimo, si quemadmodum eius viri mors prematura mihi accidit acerbissima, ita quoq; cum nominis ipsius celebritas, tum etiam filiorum, quos illa sacrosancta sponsio meos fecit, quosq; egregia indoles non mihi solum, sed etiam plerisque aliis, qui usu rerum & doctrina me longe antecel-



IOHANNIS CVSPINIANI

V. C. POETAE, MEDICI, AC DIVI MAXI-

milianii Augusti oratoris, in librum de Cæsaribus & Im-
peratoribus Romanorum

P R E F A T I O.



SCRIPTVRS Cæsares à C. Julio ad Maximilianum Augustum,
opera precium duxi, de Monarchia quædam paulo alius repetere, ut
quum veteribus quibusdam, nunc paucis, ut optimatumq. governa-
tio, in regia atque hierarchia dicta placuerit: nunc populari domina-
tio, qua diuocatio vocatur, à quibusdam laudata sit: nunc vero vnius
principatus administratio, quam vniuersis vocamus, cæteris præstat.
Quod apud Persas factum, Herodotus in Thalia pluribus commemorat.
Quum enim post Idegorem (qui Persarum regnum occupauerat)
eadem, Persæ de omni rerum statu deliberariis consultarent, tres præ-
cipue ducis ac optimates, Othanes, Megabyzus & Darius de re ipsa
gubernatione, diuersas tres præstulerunt sententias. Othanes enim

30 ut popularem persuaderet gubernationem, à Monarchia quantum potuit dehorribatur, quod pro-
libidine vnius omnia impune ageret, ac insolentia cæteros ex peccandi licentia contemneret, vna non-
numquam inferret, leges corrumpere, patria iura labeficeret, in demeritos in crimines, servitute pro-
voluntate sua constupraret. Quod in multitudine fieri non posset, ubi iura æqualitas ex probaret,
que Monarchia violentia sibi ipsi vendicaret. Megabyzus contra, ut optimatum paucorumq. sta-
tum populari præferret, Othani contrarius, dixit populari multitudine nihil esse neq. insipientius neq.
insolentius. Cumq. plebs indoctam nihil sciat, nihil sapiat, neq. iustum, neq. honestum intelligat, insiar
torrentia præceptis sine consilio ruat: quod pauci & optimi, quorum & consilia sunt optima, non faciunt:
qui omnia mutare agenda obveniunt, ratione duce, nil perperam agentes. Tandem Darius Persis pro vi-
reli persuadere nitentur contra popularem gubernationem, qua neque ratione, neque consilio, neque
40 diligentia tractatur, & contra Aristocraticum statum, Monarchiam longe omnium esse optimam di-
xit. Nam vnius viri, qui optimus sit, imperio nil melius esse existat. Fuit sit qui imperet, vnius rex,
vnius dominus. Imperatorum enim multitudo bona non est: cum inter animalia quoque videmus in
apibus regem vnum, in gregibus & armentis ducem vnum, grues ordine iurato vnum si quætur
ducem, mundi rectorem credimus vnum. Nihil ergo melius Monarchia, qua facile & seditiones qua
inter paucos & optimates suboriuntur sapienter extingui, in vulgo iustum (quandocumque turbulen-
tiam est & reme caret) sedari possunt, ubi plerumque malitia rempub. vixit. Vicit ergo Darius senten-
tia, ut Monarchiam Persæ cæteris statibus præferrent. Maxq. ipse Darius altius quisq. solertis ex-
creatus, Persæ imperavit. Populus Romanus non potuisset vnguis orbem terrarum vel por-
tuncula attingere, nisi ducem habuisset, quo præeunte labores, pericula adisset, ut imperium tandem
50 sibi cõstitueret. Ob id cum Aristotelem lego, rempublicam Lacedæmoniarum inter Græcos facile prin-
cipem extitisse inuenio: quod ex Monarchia, Aristocratiâ ac Democratia, permixta constituitur, q. fuit.
Habuit enim regem qui vnius gubernationem, Senatorem qui paucorum potentiam, Ephoros qui popu-
larem statum representabat. Populum Romanum longe antecellere his Græcos nemini dubium est,
qui ab initio sub regibus incrementa accepit, ac summum fastigium attingit, ducentisq. ac quadraginta
amplius annis sub Monarchia coaluit. Sed cum naturales sint conversiones rerum publicarum (ut Pla-
to dicit) Pop. Rom. à regum gubernatione ad Aristocraticam defecit, Consulibusq. suis ac senatoribus
rempub. auxit, sine Imperii dilatavit ac extendit. Tum aliquando sub Democratico statu (quum tri-
buni patricii & nobilitati iussu gubernarent, & in triumphatu optimates extinguere) vires
exeruit, ac annis pene quadringentis gentium aliarum regiones in ius suum deduxit. Tandem iterum,

✓

dagare & ritus, & mores, & res gestas, si habere copiam possit. Ob id cum Plutarcho sentio, hominem nihil omnium æque refugere, ac ignorantiam & tenebras: atque ideo non esse viuendum, ut nemo nos vixisse sentiat. Sed ita potius viuere, ut aliquo momento, si fieri potest, nos vixisse testemur. Hic post se liberos, hic libros relinquit, hic prædia, hic possessiones, hic ædificia, hic bonam famam, omnes bonum nomen conemur post nos relinquere, alioquin vita nostra mors potius est. Ego ita pro vitili semper elaboravi, ut me vixisse testaret, quibusdam monumentis, quæ extant. Nec passus sum illud etiam ignorari, quod hic nobiscum iam actum est, quod certo scio, multi homines vtriusque sexus, libenter etiam in remotissimis regionibus vehementissime exoptabant. Quis enim bono ingenio præditus noster scire, quomodo ille celeberrimus Regam conuentus inchoatus, ac perfectus esset? & quo pacto mutuo sese amplexi essent, clementissimi illi Principes, qui se de facie prius non nouerant, & si sanguinis vinculo prius erant abstracti? Licet autem tu mihi Iacobe tanquam consiliarius Cæsaris, non inter postremos numerandus, assueris, & oculata fide omnia intellexeris, tamen aliquando ea quæ faciliora sunt è memoria labuntur, quæ libenter in senectute relegimus. Amote tui omnia collegi, quæ & vidi, & quibus interfui. Quinque enim annis, ut scis, volui hoc scriptum, quibus vigesies & quater in Hungariam Orator fui, atque hæc negotia tractavi. Quantum igitur potui rem verissime, simpliciter tamen, siue turgida oratione perscripti. Quicquid id est boni consules, & me ut soles, amabis. Ex Vienna, vigesima Augusti.

DIARIUM IOANNIS CVSPINIANI PRÆFECTI VRBIS VIENNENSIS,

DE CONGRESSU CÆSARIS MAXIMILIANI AVGVSTI,

& trium Regum, Hungariae, Boemiae, & Poloniae, Vladislai, Ludouici, ac Sigismundi, in urbe Viennensi factis, 17. Iulii, Anno

Christi M. D. XV.



CÆSAR Maximilianus ut est ingenio singulari, ac prope diuino, animo voluens, nihil esse præclarus bono Principi, quam provincias & regna sua solido aliquo robore stabilire, in omnes orbis angulos oculos suos coniecit. Et nobilissimum quenque Regem affinitate sibi deuinxit, ut inde provinciis suis perpetuam relinquere quietem. Sic filium Philippum in Hispaniam mittens, Regem Aragonum sibi coniunxit. Cum autem diuus ille Philippus numerosam post se prolem relinqueret, noluit Cæsar quameunque amittere occasionem, ex quatuor filiabus, quæ secunda est, post Leonoram, cui nomen Isabellæ, Regi desponsauit Daciz: sed hoc aliquanto post. Ex Septentrione Cæsar in Orientem migrauit, ut semen eius vnde quaque coalesceret: vidit pietissimum Hungariæ & Boemiæ regem Vladislauum, nobilissimis liberis à Deo Optimo Maximo donatum, Ludouico & Anna. Mox animo concepit, illosque sibi deuincire, Austriæque provincias inferiores robustissimo muro circumvallare. Ludouico Hungariæ & Boemiæ regi, tertiam neptem Mariam in vxorem, & Annæ vxorem ex nepotibus, aut Carolum, aut Ferdinandum in maritum dare cogitauit, ut provincie illæ congruæ & regna, mutuis viribus robustiores essent, contra impetum Turcorum, & quorumcunque hostiam. Id consilio & opera, tunc Mathæi Episcopi Gurgentis, hodie vero Cardinalis, qui & extremam manum huic operi imposuit, & Ioannis Varadlensis Episcopi profecti ordinis sancti Francisci, primum inchoatum est. Accesserunt dehinc plerique Oratores, quos Cæsar aliquot hinc annis in Hungariam misit, qui inter cætera negotia matrimonia hæc duplicia simul sollicitarunt, Ianus Maximilianus miles, præfectus arcis Dronsdorff, Comes Leonardus de Hag, Wolfgangus de Rogensdorff Baro, Ioannes de Puelan. Hinc annis quinque continuus Orator iuit in Hungariam Cuspianus Præfectus Senatus Viennensis, qui vulgo Anabaldus dicitur: postremo & Laurentius Sauter vicedominus Austriæ Orator cum cæteris iuit.


Inuenit Cæsar, licet grauissima bella gereret, & annis iam fere octo superbiam Venetorum castigaret, nullam occasionem omittens, ut suum fortirentur sinem concepta iactudum

VOLPHGANGI
HUNGARI BAIOARII

A QVIBV, RGENSIS, IVRECOS. IN

Ioannis Cuspiniani Cæsarum Histo-
riam, Annotationes.

*IN QVIBVS TVM INNVMERA HVIVS
AVTORIS, TVM ALIORVM QVODVE HISTORIOGRAPHO-
rum, veterum & recentiorum, permulta loca à mendis vindicata, nativæ
lectioni restituntur, & quadam clarius explicantur: admixtis
subinde parergis, Lectori Historiarum studioso cogni-
tu perquam incundis.*



M. DCI.

